

vers. tertia est opinio, &c. Fochin. lib. 4. controversiar. jur. cap. 92. Graffius lib. 1. recept. sent. §. testamentum q. 89. Thadeus Piso lib. 1. var. refol. cap. 12. n. 16. & seqq. aliisque plurimi, per hos cumulati. HAR.

(b) Hec est valde intricatae quæsto. J. Derogatòria in testamento mulieris, rufiel, minoris, nullius est momenti, id eoque sufficit in secundo renunciatio generalis, Barb. conf. 89. volum. 4. & conf. 72. volum. 3. Par. conf. 10. n. 10. volum. 3. Diflac. in Rubr. de testam. par. 2. n. 19. GOVEAN.

(c) Specialis mentio clausula derogatoria. J. Non potuit sine latè culpa præteriri, tum non esse derogatoria faciendo mentionem, cum secundum est inter liberos, Alexan. conf. 134. lib. 1. Dec. conf. 475. Soc. jun. conf. 124. n. 31. lib. 8. Gramm. dec. 62. n. 37. Idemque iuris esse, cum in secundo pia causa est infinita. Oldrad. conf. 129. Alex. conf. 101. vol. 4. Bero. conf. 1. vol. 2. Covat. de testam. rubr. par. 2. n. 20. & toties hoc esse verum, quoties in secundo magis dilectus testator scripus est. Anan. conf. 66. Roman. conf. 779. col. penult. Socin. jun. in l. si quis filio. n. 27. de leg. 3. & latius Bur. conf. 47. n. 11. & Mandol. apud Roman. conf. 179. in ver. requiri. Itemque ex alia clausulis congetis per Port. conf. 33. & Bur. conf. 74. GOVEAN.

(d) Sive inter liberos, &c. J. Testamentum factum inter liberos cum clausula derogatoria, an & quando per secundum revocetur, præter Clarum nostrum, & ab eo laudatos, fulfime explicitant Franciscus Manrica in tractat. de conjectur. ultim. volum. lib. 12. tit. 8. n. 11. cum seqq. Piso. lib. 1. cap. 12. n. 21. & Graff. d. §. testamentum, quæst. 86. n. 9. & seq. HAR.

(e) Illud ultimum testamentum prevulser. J. Hec voluntas per duo testes probatur. Vaf. de success. lib. 2. §. 2. num. 10. vel ex clausula omni meliori modo. Bald. conf. 389. vol. 8. Socin. jun. 1. si quis filio. n. 25. de leg. 3. Parf. conf. 10. n. 23. vol. 3. Neuz conf. 63. n. 15. vel ex protelatione hoc ultimum testamentum ex certa animi, & judicis scientia factum esse, Brun. tract. de form. rit. de probab. & prel. form. coll. antepen. Gabr. de claus. concil. 1. n. 21. & 23. GOVEAN. (f) Validum erit secundum. J. Addo. Alexand. conf. 570. num. 3. Vaf. de success. lib. 2. §. 10. n. 72. & de controvers. illius. concil. 61. n. 6. Tiraqu. de praescript. §. 1. gl. 4. Natt. tract. de claus. derog. vers. circa quartum. GOVEAN.

QUESTIO C.

SUM MARIA,

EX CLARO.

1. Si producantur duo testamenta eodem die confessa, quod eorum prævalebit.

Ex Additionibus.

2. Si duo conficiantur testamenta, in omnibus idem so-

nania, tunc unum reputatur testamentum, pluri- bus codicibus scriptum.

2. Si duo preferantur testamenta, uno tempore facta, neutrum valebit.

Q Uæro, pone, (a) quod producentur duo tes- tamenta eodem die confessa, quodnam eorum prævalebit? Respon. siquidem ex lectura ipsorum testamentorum, aut aliter, apparet potest, quod fuerit posteriore loco constitutum, illud prævalebit, si vero non apparet de prioritate, vel postrioritate, eo cau propter incertitudinem neutrum (b) valet. Ita dixit gl. in l. fin. in verb. Missus est, C. de edit. divi Adrian. vll. ubi dicit, quod haec est quæstio Sabbatina. Et hæc est commun. opin. ut dicit Bertr. conf. 223. lib. 1. in 1. parte, quem referit Boer. dec. 311. nu. 2. idem dicunt Scribentes in d. leg. ff. & in specie Sapia, m. 548. & Curt. jun. m. 89. Et hæc in præfecta sufficient.

ADDITIONES.

(a) P One, quod producentur duo testamenta eodem die confessa. J. Si t. duo conficiantur testamenta, tunc unum conferi testamen- tum, pluribus codicibus scriptum, probabilitas est, §. penult. Inflitus de testam. ordinand. I. unum. 24. ff. q. 1. test. m. fac. possunt. & tradit Vigilius in §. posteriori. 2. Inflitus quibus modo testam. infinit. n. 3. Quid vero, il. t. duo testamenta, una ita facta, in quibus diversi scripsi sunt heretesi, proferantur? Et, si non apparet, quoniam eorum prius fit, aut posteriorius, propter incerti- tudinem, & repugnantiem, nerum valer, arg. 1. §. 1. ibique glo. in verb. veteres. ff. de bon. poss. secund. tabui. eam, qui §2. in princip. & glo. in verb. ex neutr. ff. de acquir. vel amittend. heret. Et ita, poss. Clarum nostrum, traditum D. Enenkel. libro secundo de privilegiis. c. 5. num. 12. Graef. conf. 143. n. 5. Burfat. conf. 39. m. 1. lib. 1. Graffius lib. 1. recept. sent. §. testamenti, quæst. 91. Schegk. in delibat. juri. dispor. 11. lib. 10. lit. C. pag. 285. Joan. Petr. de Ferrar. Pa- plent. in Prædicta, in form. libell. quo hereditas ex te- stamento petitur, in gloss. iniuste. n. 3. ver. & si fortassis. Tiraqu. in tractat. de juri. primogen. quæst. 17. opin. 6. Reulin. in lib. de jure. testam. part. 6. cap. 11. num. 7. & seqq. Manrica in tract. de conjectur. ultim. lib. 1. tit. 15. nu. 17. Thadeus Piso lib. 1. variar. refol. jur. cap. 12. num. 52. & Menochius in tract. de adipiscend. possess. remed. 4. quæstio. 95. n. 781. & seqq. Qui duo posteriores huius sententiae aliquot declaraciones, & li- tationes recentent. HAR.

(b) Nostrum uslet. J. Nisi in altero, quid legati, vel instituti nomine pia causa sit reliquum, illud enim prævalebit. Tiraquell. de priv. pia caus. pri. 35. vel in altero scriptus sit veniens ab intellecto, vel si bonus possesse reperitur. Villalob. vol. 1. com- mun. opin. lib. 12. in ver. testamenta duo. GOVEAN.

JULII CLARI

ALEXANDRINI J. C.

PRACTICA CIVILIS.

Ex Libro Quarto Sententiarum Receptarum.

§. DONATIO.

CAPITA QUÆSTIONUM.

Donatio unde dicta sūt & an sit contractus nominatus,
Quæst. 1.

Donatio conditionalis an sit proprie donatio, q. 2.

Donatio remuneratoria an sit proprie donatio, q. 3.

Donatio causa mortis quid sit, q. 4.

Donatio causa mortis an potius equipareatur contrac-
tibus, quia ultimis voluntatis, q. 5.

Filius familiæ an possit donare causa mortis, q. 6.

Uxorius manifestans an possit donare causa mortis, q. 7.

Pater an possit donare filia, q. 8.

Donatio inter eiron, & uxoreq. an valeat, q. 9.

Ornamenta qua mittuntur sponsis, an conficiant dona-
tio, q. 10.

Donatio proper nuptias an bodie peti possit, q. 11.

Donatio an possit fieri absensi, q. 12.

Et quid si sit donatio stipulanti, q. 13.

Donatio an perficiatur nudo pacto, q. 14.

Inflatus quid sit, q. 15.

Donatio excedens summam quingentorum aureorum de-
bet inflatus, q. 16.

Et quid in donatione facta Ecclesiæ, &c. q. 17.

Donatio omnia bonorum an valeat, q. 18.

Et quid si sit jurata, q. 19.

Donatio potest ob ingratisudinem revocari, q. 21.

Donatio revocatur proper superventientiam liberorum,

q. 22.

Et quid si sit jurata, q. 23.

Donatio inopinata potest per filios revocari, q. 24.

Donatio ob causam, & donatio causa mortis, quomodo
possit revocari, q. 25.

Hæc Donationum materia antiquis temporibus frequens erat, & quotidiana. Nunc autem, cum liberalitate prope extincta mentes hominum avaritia occupant, non ita, ut solebat, in judicis, foroque versatur. Non tamen propterea omitenda visus sunt nonnullæ ex questionibus, quæ ad hunc Tractatum pertinent.

QUESTIO I.

SUM MARIA.

EX CLARO.

1. Donatio unde dicta.

2. Donatio an sit contractus nominatus, vel innominatus.

3. Et an sit de sua natura contractus revocabilis.

Ex Additionibus.

1. Donatio unde sit dicta, remissio.

2. Et quando differat à munere.

3. Donatio au rebte convenio, & vel contractus definitio.

4. Omnis contractus aut est bona fidei, aut stricti juris.

5. Pollicitatio non est convenio.

6. Donatio in genere definitio.

7. Verbum actus late patet.

8. Donatio quibus modis fiat.

9. Res aliena donari non possunt.

10. Quis re'le appellatur liberalis.

11. Nemo donare cogitur.

12. Invito beneficium non datur.

13. Quibus casibus in iurium conferatur beneficium re-
missive.

Jul. Clar. Sentent. Pract. Civil. Tom. I.

14. In dubio regulariter donatio facta non presumitur.

15. Quis donat, perdere videtur.

16. Donationis date species: una propria, sive vera,
simplex, & absoluta: altera relata, sive non
propria.

17. Donatio itidem alia dicitur pura, alia conditionalis.

18. Propria sive simplex donatione que.

19. Huius donationis quis finis.

20. Relata donatione que & cur ita dicatur.

21. Quia nota hac donatione à simplice, sive absoluta distin-
guatur.

22. Donationes relate tria genera.

Q uæro, unde dicitur (a) donatio? Respon. Do-
natio (b) dicta est à dono, quasi doni dictio.
Ita dicit Jurisconf. in l. Senatus. §. donation. ff. de do-
nat. causa mortis.

Item quarto, nunquid donatio sit contractus (c)
nominate, vel innominate? Resp. in adib. §. 1. in
verb. Ex rebus, ff. de donat. & alibi sepe videtur te-
nere, quod olim est contractus nominatus: hodie
vero sit innominatus. Et certe in hoc, quod hodie sit
contractus nominatus, non est magna inter Doctores
controversia. Et ita hanc communem opin. attestatur
M. Corn.

Corn. conf. 101. circa prin. lib. 1. Ripa in l. f. n. Contio lib. 1. disput. jur. civil. cap. 23. Obrecht. disput. 1. de donat. lib. 9. & 10. D. Bocer. cl. 2. d. p. 19. th. 2. edit. 2. & d. commentar. de donat. cap. 1. num. 2. & S. in delibet. iur. disp. 2. th. 25. Quia + 7 verbum illud generale est, lateque patet, & omnia cum quovis modo apuntur, comprehendit, leg. obligacionem. 3. & 1. in fin. ff. de obligat. & act. 1. Libro 19. ff. de verb. signif. 1. hercules palam 21. in fin. ff. qui tunc scilicet possint, 6. in ff. ff. de dubius viris, 1. stipulatione. 18. & 1. eum, qui at. in princ. ff. de verb. obligat. non omnis, 19. in princ. ff. de verb. obligat. 1. & recte enim, ff. de off. pref. viril. 1. s. in princ. ff. communia gredior. 1. actus 177. ff. de regul. iur. 1. actus. 8. & foris. Et propterea & omnem quoque donationem compeditur & live fact tradition. d. 1. 2. 3. ff. de obligat. & act. 1. C. de donationibus. live nulla conventione, vel pacto, 1. in editibus, 6. in princ. ff. de don. & alio, 2. vers. perfectior. In his. eod. 1. ff. quis argentum, 35. & sed si quidem, 1. C. de donat. live pollicitatione, d. 1. hoc iure, 19. in princ. ff. eod. tit. live acceptance, 1. moris, 31. & Julianus placet, ff. de mortis casu donat. Dicitur in definitio: quo res propria, argumentum 1. si filius, 14. ff. avitus. 12. C. de donationibus lib. 1. C. de bon. mater. Res & liquident aliis, 9. ne donati nequeunt: quia non sunt in patrimonio donant. & quia non possunt eis fieri, cui donantur, d. 1. in editibus, 9. in fin. ff. de donat. 1. nemo plus, 34. ff. de regul. iur. Nec & liberalis recte appellatur, qui de alieno est liberalis: sed ille, qui quod alteri donat, nisi detrahit, neque Seneca lib. 1. de clement. Dicitur, ex lib. liberalitate a volente. Nemo quippe donare cogit, 1. donat. 29. ff. de donat. & 1. donat. 82. ff. de rev. iur. 1. Dicitur, in volentem. Nam nolenti liberalitas aequum non posset, d. 1. hoc iure, 19. & non posset, 1. ff. de donationibus. Siquidem & invito beneficium non donatur, d. 1. in editibus, 69. ff. de reg. iur. Enimvero & non defensu calius quibus etiam in invitum conferunt beneficium, leg. 1. pro me, 40. & foliata, 54. 1. si debitor, 91. ff. de donationibus. 1. si Stichina, 8. & ult. ff. de novatione. 1. solvendo, 19. ff. de negot. gest. 1. utrum praeferre ex. ff. de const. pacis. Dicitur denique conferunt. Quo verbo praesentis tempore distinguuntur donatio a passa future donatione: quod Justinianus Imp. non commisavit. Donell. lib. 13. Commentar. de juri. cito. cap. ultimum, in fine.

Et ex hac conclusione infertur, quod sicut certi contractus nominati non possunt per paenitentiam (g) revocari: ita etiam donatione est de sui natura contrahens irrevocabili, & in quo paenitentia non admittitur: & ad hoc solet allegari text. in l. Aрист. de donato, & hanc opin. dicit esse communem Bettach. in verbo, *Donatio revocatur*, verific. 17. Et quod donatione perfecta regulariter revocari non possit, dicit esse communem regulam Imol. in c. fin. post. 25. vers. Secundo poef. de donatio. Quam tamen limita, & declara, secundum ea quae dixi infra q. 21. & seqq.

ADDITIONES.

(a) **D**onatio. Item adde, quod donatio est quadam liberalitas, qua nulla iure debetur, ut in l. donare, ff. eod. & ff. de reg. iur. Quia ad hoc, ut voleat, quinque requiruntur. Primo, quod sit pura, & ex mera liberalitate, & sic, quod donans hand fit alicuius ad aliquid dandum, vel faciendum. Secundo, quod non deretur a causam. Tertio, quod sit libera, videbatur, quod donans non sit obligatus ad donandum aliquo vinculo inducente actionem, vel aliquo impidente repetendum. Quarto, quod sit absoluta, id est, sine aliqua repetitione. Quinto, quod sit inter vivos. De his omnibus vide per Angel. de Aretin. in Ruder. In his. eod. num. 1. Giacch.

(b) **D**onatio & dicta est a dono. 1. De hac donationis etymologia videndi sunt Fulvius Constantinus ad rurbe. eti. In his. de donat. num. 1. Petrus Nicolaus Mozz. in tract. de donationibus, in princ. n. 2. Didacus Coquart. in rubric. de refus. part. 1. num. 2. vers. potest etiam non incongru. &c. Dn. Collega Bocer. in Commentar. de donationibus. 1. num. 1. edit. 2. & D. Obrecht. disp. 17. live in economia donationis disp. 1. th. 5. & seqq. Differat autem & donatio a munere, quod non proprie ex aliqua causa fiat: illa vero linea causa a merita liberalitate proficitur, l. inter donum, 194. ibique Goedanus num. 2. ff. de verb. signif. 1. 1. ff. de donationibus. Mozz. in d. princ. n. 3. late Francisc. Coman. lib. 5. Comment. iur. eod. 1. n. 2. HARP.

(c) **N**ominatus, vel inconnatus. 1. Adde atque plenius vide per Hippol. Rimir. In his. in rurbe. n. 3. usque ad x. ubi retulit omnes opus. Dost. Giacch.

Naquid donatione sit contractus. 1. Quod & donatio neque convenio recte definitur, neque contractus, finis rationibus ostendit D. Bocer d. cap. 1. num. 4. & seqq. At & tunc quod contractus non sit, vel inde claret, quod omnis contractus aut est bona fides, aut ficta iuris, & c. 1. ff. de donationibus. Sed donatio non est contractus bone fidei, 1. eum, qui 22. ff. de donat. nec etiam ficti juris l. interdictum, 14. ff. de orecar. ubi Paulus donationes a negotio contra separat. Duaren. ad l. iuris gentium, 7. in verb. & certi similes contractus, ff. de past. Rober. disp. ad lib. 10. th. 1. lli. C. And. Gerhard. decad. 6. qna. 7. Wenzel. disp. 6. ad Inhis. lib. 6. littera A. Struck. pars. 1. Execut. Inhis. decad. 5. obvers. 4. ad lit. B. Anton. Faber. part. 2. de errorib. pragmat. decad. 45. error. 2. Donationem porto minus recte conventionem definit, hec evincit ratio: quia donatio interdum etiam sit facta pollicitatione, 1. hoc iure, 19. in princ. ff. de donationibus. 1. ff. quis donaverit, 5. & de sarcophagi. Eccl. Cujac. lib. 32. obvers. 28. Pollicitatio & autem conventione non est, 1. 1. in princ. ff. de pollicitate.

Ceterum donatio in genere non incommode hoc modo definiunt posse mihi video: Donatio est aduersus, quae res manuia, ex liberalitate a volente proficitur, & a voluntate conferatur. Generis loco ponitut aduersus, cum

Lib. IV. §. Donatio, Quæst. II.

135

terum cum laude exercetur, dict. 1. 1. in præt. ff. de donat. 1. manus proprie, 214. ff. de verbis. signif. Hoc que facit, ubi considerat, quid, cui, qualiter, quando, ubi, & quare sit dandum, auctore Seneca lib. x. de benefic. Itaque haec donatio expers est alieni finis, aut reposcentis antidotum: sed sicut liberalitas se ipsa est contenta, nec aliud spectat, quam alteri benefacere; ita etiam haec donatio, quae ob solam liberalitatem, & misericordiam exercetur, D. Obrecht. dict. economia donationis, disp. 3. th. 3. & seqq.

20 Non tamen propriis, sive relata donatione dicitur, qua res aliqua non ex mera liberalitate, sed sub causa, in alterum donandi animo conferunt. Relata nominatur: quia non simpliciter, absolute & directe fit propter donationem, & manifestum: sed in ea ad causam aliquam relatio, & respectus habetur. Ceterum illa verba, sub causa, sunt specifica relata donationis differentia: quoniam cum a simple, & absoluta donatione distinguuntur. Nam simplex donatio sola liberalitate, & manifestum consistat. At liberalitas nulla causa oper habet, quia causa liberalitatem, & beneficium excludit. Etenim qui sub causa donat, is plenarii fons fenerat: non simpliciter beneficit: & non tam dat, quam accipit beneficium. D. Obrecht. disp. 4. 22 de mort. cauf. donat. sue. 7. & seqq. Huiusque & relata donationis tria censentur genera: donationis mortis causa: de qua infra quest. 1. & donationis remuneratoria, de qua infra quest. 3. HARP.

Ceterum donationi non licet perfecte jam donationi, five ex intervallo, five incontinenti, adiicere aliquam conditionem, invito donantibus, pulchre contra alios defendit Antonius Faber part. 2. de errorib. pragmat. decad. 48. error. 5. per l. perfetta 4. C. de donationibus que sub modo, &c. l. 3. 4. 5. 6. & passim. C. de revalor. donationibus. Modus & quoque si est gratuitus, non mutat simplicem donationem: veluti si quis donat alteri, ut villam, domum, vel equum emat, vel ut uxorem ducat: His enim casibus respectu donatios mere liberalis, gratuita & simplex est, & manet donatio quoniam nihil donatori acquiritur, ut post Bertrand. & alios docet D. Obrecht. dict. dispensat. 2. th. 47. & seqq.

(d) **E**t hanc opin. 1. In contrarium partem inclinare. Fulgo. & Roman. in d. l. jurisdictionem, asseverantes ubi donationem semper fuisse contractum immunitum. GOVERN.

(e) **C**ommunem. Item commune, per Galiaul. in rubr. ff. de verb. oblig. n. 26. quem don. Riminald. ubi supra retulit GIACCH.

(f) **E**legans women. 1. Isto fundamento usus fuit Rima. Praeceptor meus, ubi supra una cum multis aliis, que vide apud eundem. GIACCH.

(g) **P**er persistentem revocari. 1. Idem quod in contractibus nominatis non sit locus penitentiae: communem vide per Ofac. in deci. 98. n. 7. & in collati. meas. etiam. opin. verb. contractus, n. 48. GIACCH.

QUESTIO II.

SUMMARIUM.

EX CLARO.

1. **D**onatio conditionalis, an sit proprie donatio.
2. **D**onatio reciproca an sit proprie donatio.

EX ADDITIONIBUS.

1. **A**n donationi simplici, sive proprie conditio adjiciatur.
2. **N**um donatori licet perfecte jam donationi adjicetur conditionem.
3. **M**odus gratuitus simplicem donationem non mutat.
4. **D**onatio reciproca, sive mutua que sit.
5. **I**psa donatio censetur quedam permutatio.
6. **D**onatio reciproca non dicatur, si diversis temporibus quid alteri alteri largitur.
7. **R**eciproca donatio non exigit infinitationem, licet quintuplos solidos excedat.

Quarto, an donatione (a) conditionalis sit proprie donatio? Rep. P. Goffl. in l. 1. in princ. in verb. sentent. ff. de donat. tenet, quod dicatur proprie donatio: & illam g. dicit esse communiter approbatam. Cur. jun. in l. 1. n. 83. ff. si cert. pet. Licet enim aliqua dispositio habeat conditionem annexam, illa conditione non est qualitas, que mutet substantiam actus, & ideo non definit esse vera, & propria donatio.

2. **I**tem quarto, nunquid donatio (b) reciproca si ve vicissitudinaria dicatur proprie donatio? Resp. quod non. Ita dicit g. in l. licet, in verb. Moris causa, C. de past. que est communiter ab omnibus

substantiam actus, & ideo non definiet esse vera, & propria donatio.

3. **I**tem quarto, nunquid donatio (b) reciproca si

ve vicissitudinaria dicatur proprie donatio? Resp.

quod non. Ita dicit g. in l. licet, in verb. Moris

causa, C. de past. que est communiter ab omnibus

substantiam actus, & ideo non definiet esse vera, &

propria donatio.

4. **G**uido Papa fmg. 400. Tiraquell. d. verb. donatione largitus, num. 110. & 127. hoque laudans Bocer. d. cap. 12. num. 12. Quibus adiutor Andreas Gail. lib. 2. obseruat. 40. num. 8. & Petrus Nicolaus Mozz. in tract. de donationibus tit. de substantialibus seu qua

requirantur in donat. n. 15. ubi plures allegat. HARP.

5. **I**tem quarto, nunquid donatio reciprocum excedat solidos, aut illam tempus longum, mihi dones aliquid: non illa donatione mutata, sive reciproca, sed utraque simplex donatione putatur: l. cum hic status, 32. ff. ambo, 14. vers. proinde recipisci dicuntur, & l. qui tam nupti, 48. ff. de donat. inter vir. & uxor. late Tiraq. in l. ff. unquam, 2. in verb. donatione largitus, num. 116. C. de revocand. don. huncque referunt D. Bocer. in Commentar. de donationibus. c. 12. n. 6. edit. 2. HARP.

6. **I**tem quarto, nunquid donatio reciprocum excedat solidos, ultra Clarum hic nolam, tenet Oldradus conf. 130. Decius conf. 202. col.

7. **G**uido Papa fmg. 400. Tiraquell. d. verb. donatione largitus, num. 110. & 127. hoque laudans Bocer. d. cap. 12. num. 12. Quibus adiutor Andreas Gail. lib. 2. obseruat. 40. num. 8. & Petrus Nicolaus Mozz. in tract. de donationibus tit. de substantialibus seu qua

requirantur in donat. n. 15. ubi plures allegat. HARP.

QUESTIO III.

SUMMARIA.

EX CLARIO.

- 1 Donatio remuneratoria, an sit proprie donatio.
- 2 Et an valeat, etiam si de meritis alter quam per affectionem donantis non appareat.
- 3 Et an alius ut talis donatio valeat, requiratur, quod merita aequivalente donationi.
- 4 Et quomodo dicantur merita aequivalente donationi.

Ex Additionibus.

- 1 Donatio remuneratoria que sit.
- 2 Numquid donatio remuneratoria proprie sit donatio.
- 3 Omnis donatio merita donatorum presupponit.
- 4 Eiusmodi donatio remuneratoria indigent insinuatione.
- 5 An ad hoc, ut donatio ita valeat, requiratur, quod merita donationi aequivalentur.
- 6 Nobilis & divitis officium.
- 7 Nam donatio remuneratoria ob ingratiitudinem revocari possit.
- 8 Utrum donator remuneratorius de evicione donatario teneatur.

Quarto, an donatio remuneratoria, vel antidualis sit proprie (a) donatio? Respondebat quod non potest proprie dici mera donatio, vel mera liberalitas. Ita probat expressus textus, in *l. Aquilius, ff. de donis*, & ita magis communiter tenetur, ut dicit Soc. jun. conf. 94, num. 13, lib. 2. Hanc etiam dicit esse comm. Did. in c. cum in ff. post no. 10. de test. Licet n. fiat nullus iure cogente, non tam negari potest, quin saltem naturali ratione; qui beneficium acceptit, beneficiantur sit obligatus. Et hinc conclusio est maximus effectus, nam ex ea sequitur, quod talis donatio non indiget (b) insinuatione. Item non revocatur propter supervenientiam siliorum, ut dixi infra, qu. 23, vers. item valet etiam inter patrem, & filium, ut dixi infra, q. 8, vers. *Hac tamen*, & huiusmodi.

Sed hic occurrit pulchra questio; An scilicet talis donatio, que fit propter merita, valeat etiam si de meritis alter, quam per affectionem donantis non appareat? Respondebat quod sic: neque est necesse ad ipsius validitatem, quod merita ipsa probentur. Et hanc dicit esse communem (c) conclusionem Bertr. conf. 118, post num. 1, lib. 2, in 2. part. Episc. Lozaes in suis allegioribus pro Marchione Velez, fol. 133, num. 37. Quem tamen intelligit, ut procedat, quando donatio sit à persona que potest libere donare, licet nulla merita subessent: & ita dicit esse communem opin. Curt. jun. conf. 142, num. 3, quem refert Bello. conf. 74, post num. 17, secundum quam in facti contingencia judicavit Parlamentum Delphinalium, ut attestatur Guid. Pap. decif. 95. Secus autem (d) si ipsa donatio fieret inter personas prohibitas: nam eo casu non statutus affectioni donantis, sed requirit probatio meritorum. Ita dicit gl. in l. si donatione, gl. fin. C. de collatis que ad hoc propositorum solet semper allegari, & quam dicit esse communiter approbatam Bello. in d. conf. 79, num. 5, illam etiam omnibus approbari attestatur Alex. in d. l. si donatione, num. 5. Et ita communiter teneri affirmat Bertr. conf. 138, num. 22, lib. 2, in 2. parte. Et hanc esse commun. opin. attestatur Paul. de Castren. conf. 345, num. 4, vers. *Tertio videatur*, lib. 1. Corn. conf. 144, in litera H, lib. 2. Si enim standum est assertioni donantis, semper

posset cludi prohibitio attestante donatore merita praecessisse; quod nullo modo est dicendum. Dicitur autem donatio fieri inter personas prohibitas, puta, inter patrem, & filium, inter virum, & uxorem, & huiusmodi, de quibus infra suis locis dicimus.

Sed nunquid (e) ad hoc, ut talis donatio remuneratoria valeat, requiratur, quod ipsa merita aequivalentur donationi? Respondebat quod sic. Ita sententia Bart. in l. si quis pro eo §. 1. in fin. ff. de fidejuss. & est communis opin. ut ait Dec. in l. petens. num. 17. C. de past. Intellige, quando sit inter personas prohibitas: nam limitata causa limitatum produceat effectum; & ideo non possunt merita plus operari circa validitatem ipsius donationis, quam ascendant valor ipsorum meritorum. In residuo igitur non reputabitur tanquam donatio remuneratoria, sed erit donatio simplex. Et haec est communis conclusio, ut dicit Bertr. conf. 164, num. 2, lib. 2, in 2. parte. Vido quae dixi infra, qu. 8, vers. Sed pote. Si vero sit facta inter personas non prohibitas, non attenditur, an merita aequivalentur donationi, vel ne, ex quo etiam nullis sufficiens meritis donationis valuerit. Et in hoc nulla est controversia.

Sed quare, quomodo dicantur in his casibus merita aequivalentur donationi? Respondebat quod in hoc, & in attentis meritis donatione dicatur moderata, & determinata regula, sed standum sit arbitrio (f) Iudicis. Ita concludunt communiter Sacerdotes, ut attestatur Jafon conf. 154, num. 5, lib. 2, quem refert Episcop. Lozaes in suis allegioribus pro Marchione Velez, fol. 193, num. 3. Regulariter enim alicuius aliquid non est à lege certo determinatum, statutus arbitrio Iudicis, ut dixi supra l. 2. §. *Iudex*. Quid nota, quia si casu contingere, bonum esset habere Iudicem favorabilem.

ADDITIONES.

(a) **D**onatio. I Addere, atque sussus vide per Hippol. Rumin. qui questionem discutit, *Is. de donis in princip. no. 99* & eam ampliat etiam si de meritis de futuro fiat, num. 113. Et limitat quantum excedat beneficia recepta num. 115, & declarat num. 118, deinde dat alias tres limitaciones, sicut ad num. 122, illas apud eum vide, qui & num. 81, dicit, ad hoc, ut inducat ac praeferatur remuneratoria, meritorum mentio fieri debet saltem generalis ab ipso donante, si hanc est de personis donare prohibitis, de ipsis meritis omnino constare debet. Vide infra per eum ibid. num. 84, & 85. *GIACI*.

An donatio remuneratoria, vel antidualis, sit proprie donatio? I Addendum hic est: quod est communis donatio sit illa, que à vivente, & cito omnem periculi merum, in compensationem meritorum, grataeque mentis declarandæ causa, in alterum confert: ut si donem quid aliqui, quod me defendit, vel à lactanciis, five hoffibis eriperint, l. si poster 34, §. 1, ff. de donationibus, vel quod me erubet, scientiae & diligentiae meliorem reddit, l. Aquilius, 27, ff. ed. tit. Et quamquam Gloria in l. donari, 81, ibique Decius & Cagnoli, ff. de reg. sur. & aliis nonnullis, quos refert, & sequitur Anius Pinelius in l. 1. C. de boy. maioren. part. 3, num. 60, autem, donationem, & remuneracionem, casu faciunt esse donationem propriam, vetram & simplicem: attamen probabilior, ac receptor est sententia existimandum, remuneratoria donationem non esse propriam, & simplicem donationem, sed ponit quandam permutationem, vel prestat offici compensationem, dicit. l. Aquilius, 27, ibi, defensit, non meram donationem esse, verum officium magistrorum quodam mercere remuneratum, ff. de don. l. metrum, 9, §. 1, vers. consiluit, ff. quod met. cauf. l. si zero 12, in princip. ff. mandat, leg. sed esti lege, 25, §. consiluit, 11, vers. quamvis, ibi, velut genit. quidem hoc est permutatio, ff. de petit. haveret. & l. hoc jure, 19, §. 1, ff. de donationibus. Tiraq. in repet. l. 8 unquam, 8, vers. donatione largitus num. 11, & 12, c.

Lib. IV. 6. Donatio, Quæst. IV. 137

de revocatione donat. Josephus Ludovicus in communibus conclusionibus concil. 16, num. 333. Menoch. conf. 307, num. 4, cum legg. lib. 4, & Rauchbaro q. 11, num. 15, part. posterior. Quos omnes referendo comprobant. Tiraq. in dicit. l. si unquam, 8, vers. donatione largitus, n. 84, cum legg. C. de revocatione donat. & Georgius Obrzech. in atomia donat. dif. pat. 5, th. 174, & seqq.

Hoc loco & illud addendum: quod est donatio remuneratoria ob ingratiitudinem revocari non possit. l. si pater, 34, §. 1, ibique gl. in verb. irrevocabilis, ff. de donationibus, l. metrum, 9, §. animadversionem, tueris, sed licet vnde, ff. quod met. cauf. Jafon in l. ex hoc jure, 5, n. 54, ff. de justit. & iur. Alex. conf. 216, num. 3, vol. 2. Fulvius Constantinus in rati. iii. In fine, de donis, num. 3, vers. & hinc potius ep. 3. Cacheran. decisio. Pedemonti, 139, num. 9, & 28. Tiraquell. in dila lego ff. unquam, 8, in verb. donatione largitus, n. 13, & seqq. C. de revocatione donat. Josephus Ludovicus in communibus conclusionibus concil. 16, num. 333. Modelinus Pidoris conf. 63, num. 66, lib. 3, Menochius conf. 1, num. 67, lib. 1, conf. 307, num. 7, conf. 311, numex, 66, lib. 4, Natta conf. 122, num. 14, rom. 1, Anton. Gabriel Roman. de jure quæstio non tollend. conclusio. 6, num. 6, & conclusio. 7, numer. 2, Emanuel Soarez did. reuelatio. recept. sententia littera D, num. 235, & seqq. hocque referens D. Bocer. did. Commentarii de donationibus c. 13, num. 26, ubi differentes adducit Arium Pinelum in d. l. 1, C. de bon. matern. pars. 3, numer. 62, vers. infirm. septimo, &c. & Fridericus Pruckmannum in tract. de regalibus membr. effici. 6, num. 117, & seqq. cap. 4.

Denique addendum est: donatorum & remuneratorium de evicatione teneri donatarie, ex hac potissimum ratione: quod donatio illius remuneratoria proprie non est donatio, sed potius permutteratio quedam, preterea leg. sed & ff. lego 25, & consil. 11, ff. de passi arietatis. In permutatione autem alter de evicatione tenetur, lego & permutationis, 29. Codex de evicationibus. Et ita plerique tenent. Jacobus & Arema Bart. Francisc. Aretin. Alexander & Jafon in l. Julianus 31, §. 1, ff. de vertor. oblig. alicuius quos citat, & probat Tiraquellus in dila lego ff. unquam, 8, in verb. donatione largitus, n. 59. C. de revocatione donat. Quamvis, pp. Decim in l. ff. donatione, 13, num. 35, & seqq. c. de collat. contraria sententiam amplecti videatur D. Bocer. d. c. 13, n. 27. *HARP*.

(c) **C**ommunem conclusionem. I Ita not. Bart. in l. ff. forte, ff. de cat. pecul. cuius contrarium vult, in l. per diversas, §. juxta has quer. C. mand. GOVAN.

(d) Secus autem. I Idem donatio ob bene merita quando facta dicatur, etiam quomodo afferentis de bene meritis creditur, habetur per Menoch. quem vide de arbitr. judic. cas. 134, sed an donatio remuneratoria dicatur, si filii legitimatus donat patris vide per Soc. conf. 205, lib. 2, fab. n. 10. Item quod donatio remuneratoria quicquid certe, etiam si de meritis nil dictum est, dimidio ea probatur, habetur per Tiraquell. in l. ff. unquam. C. de revoc. don. fat. 154, qui etiam dicit, quod fallit, ubi quis dono filio, vel contagine. Adverte, quod donatio remuneratoria inter conjuges permititur, ut per Rol. in conf. 92, n. 44. Et quando si debet confare de meritis, per Det. confil. 366, col. 4. Rubr. 95, quem vide, & per Rol. d. conf. 96, n. 49, dicit, quod alias redditus nulla, & attellatur de commun. opin. *GIACI*.

(e) **N**unquid est ad hoc, ut talis donatio remuneratoria valeat, requiratur, quod ipsa merita aequivalentur donationi? I Haec remuneratoria donatione exiguntur: ut detur, vel promittatur aliquid ad mensuram recipiendum. Non enim haec donatione excedere debet beneficia accepta hac cum illa, & contra illa cum his congrue debent. Siquidem si plus donatur, id quod plus est, in donationem simplicem transfir. l. 1, & l. hoc jure, 19, §. 1, ff. de donationibus, & arguit his Clarus test. Quod tamen refringitur, vel ratione rerum, vel ratione personarum. Ratione rerum refringitur, si beneficia accepta nullam estimationem accipiunt. Tum enim quantacunque est donatio, tota remuneratoria judicatur, ut tradit. Imola in dicit. l. Aquilius, 27, ff. de donationibus.

Per sona autem, vel nobilis eff., & dives, vel ignobilis, & pauper. Nobilis & dives si remunerandi animo donat, quicquid donat, totum donare videtur: quia illius natura, & officium est, maiorem referre gratiam, quam accepit, c. 1, extr. de donat. At si ignobilis, & pauper filius remunerat quam accepit: ibi plus illud, vel magni, vel parvi est pretii. Si magni est pretii: tunc id, quod beneficia prefutura excedit, cadit in donationem simplicem: quia in excessu cessat relatio, ad quam est. Si vero parvi est pretii: tota erit donatione remuneratoria: quia, auctore Heffodo, beneficia accepta eadem mensura reddenda sunt, & melius, si possit. Debenim quippe agros fertiles imitari, qui plus aff.

Jul. Clari. Sentent. Præc. Civil. Tom. I.

QUESTIO IV.

SUMMARIA.

EX CLARIO.

- 1 Donatio causa mortis quid sit.
- 2 Et si donatio in dubio debetur judicari causa mortis, vel inter vivos.
- 3 Et quid si fiat ab infirmo.
- 4 Et quid si in donatione sit facta mentio mortis.
- 5 Et quid si donator promittat donationem non revocari.

Ex Additionibus.

- 1 Utrum in dubio donatio conseruat inter vivos, an causa mortis.
- 2 Est quoque mortis causa donatio, si non mortis sit mensura, sed verba illius donationis vim obsecnatur.
- 3 An mortis causa donatio intelligatur, si donator sit in extremis vita confitans; & nulla mortis mensura facta fuerit, remissio.
- 4 Equid donatio sub commemoratione mortis facta, cum clausula de non revocando, affiat natum donationis inter vivos.
- 5 Inter vivos, non mortis causa donatio est, si effectus, & executio obligationis in eventum mortis differatur.

M 3 6 Do-

6 *Donatio item inter vivos, non mortis causa reputatur, si donatio sub mortis mentione in aliquem, & ejus heredes conferatur.*

7 *Inter vivos quoque, non mortis causa presumitur donatio, sub mortis mentione facta, si quinque testes non intervenerint.*

8 *Similiter donatio, consanguinitatis causa sub mortis mentione facta, inter vivos donatio intelligitur.*

9 **Q**uarto, quid sit donatio causa mortis? Respondit. mortis causa donatio est, cum quis habere se mavult, quam eum, cui donat, magisque cum eum donat, quam heredem suum. Sunt verba Jurisconsulti in l. 1. ff. de donat. causa mortis.

2 Sed quero, nunguid (a) in dubio donatio judicari debet inter vivos, an causa mortis? Utitas autem hujus questionis est maxima: nam si est donatio inter vivos, non poterit postea revocari: securus autem si est donatio causa mortis, ut est in iure notissimum. Dic ergo, quod siquidem in donatione non est facta mentio (b) mortis: quia scilicet non est collata in tempore mortis: hoc casu teneundum est in dubio, quod sit donatio (c) inter vivos, non autem causa mortis. Ita tenet gloss. in l. apud Celsium. §. Julianus, in verbo, Spordonis, ff. de doli mali except. & est communis opin. ut dicit Ias. in l. que donis, nu. 26. ff. solut. mar. haec enim qualitas, quod sit causa mortis, in dubio presumi non debet, ideo qui illam allegat, debet eam probare: alias standum est in regula: Quod quicunque donat, censetur velle dominum in donatum transferre, & consequenter inter vivos, & irrevocabiliter donare. Et hoc quidem conclusio de plano procedit, quando donatio fit ab homine sano, vel non nimis graviter infirmo. Sed quid si facta sit (d) ab infirmo, praesertim existente in articulo mortis, & quem veritatem sit de morte ipsa cogitasse, licet forte in ipsa donatione nulla mentio mortis facta fuerit? Respondit. Anton. de Butr. in capitulo 2. de confusione, tenet, quod censeri debet donatio causa mortis. Sed in hoc Ant. de Butr. communiter reprobatur, ut dicit Gul. de Bened. in repet. c. Raynatus, in verbo Testamentum, el. 4. nu. 21. & ideo tenuendum est, quod imo etiam hoc casu judicari debet donatio inter vivos, non autem causa mortis. Et ita tenet communiter Doct. ut ait Ripa de pess. in privileg. contractuum, post nu. 175. Hanc etiam opin. dicit esse communem Ripa, lib. 3. rep. cap. 9. post nu. 7. & cod. lib. e. 11. nu. 7. Nam, ut dictum est in l. Seia, §. fin. ff. de don. causa mortis, talis videtur potius moriens, quam mortis causa donare. Quam opini ego etiam sequor, dummodo talis donatio sit facta in forma contractus: sed si esset facta in testamento, vel codicillis, ab infirmo praeceps exsistente in mortis articulo, crederem tuum esse adhaerere opin. Ant. de Butr.

4 Ceterum si in donatione sit facta mentio mortis, tunc proculdubio tenuendum est, quod fit donatio causa mortis, non autem inter vivos. Et hoc conclusio communiter tenetur, ut ait Dec. in l. final. nu. 20. C. de pess. Illam etiam dicit esse communem Paris. conf. 16. nu. 4. lib. 2. Non enim debemus in dubio à vi, & proprieitate verborum aliquo modo recedere. Intellige tamen, quod non sufficit, quod simpliciter sit facta (e) mentio mortis: sed duo copulativa requiruntur, scilicet, quod in donatione sit facta mentio mortis, & quod sit collata in tempore mortis. Ita concludunt DD. omnes, ut dicit Sigismund. conf. feud. 5. post nu. 4. Quod nota perpetuo.

5 Sed pone, quod aliquis dicat se donare causa mortis, & in donatione ipsa promittat illum non (f) revocare: Quero, an dicatur donatio inter vivos, an autem causa mortis? Respondit, quod ex illa promissione de non revocando debet conferri donatio inter vivos, non autem causa mortis. Texus est expressus in l. ubi ita donatur, ff. de donat. causa mortis. Et est communis opin. ut ait Didac. in Rub. de testament. in 2. parte, post n. 11. Et dicit Natta conf. 104. n. 7. & seq. quod in hoc neminem reperit contradictem. Haec enim qualitas, sc. quod sit irrevocabilis, adeo repugnat ipsi donatione causa mortis, ut sit illi incomparabilis: & necesse est hoc causu interpretari illud verbum *causa mortis*, possum in donatione, ut dicamus donantem potius motum fuisse ad donandum proper causam mortis, quam voluntaria mortis causa donare, ut dicit Juriscons. in dicta leg. ubi ita donatur.

ADDITIONES.

(a) *Unquam in dubio donatio judicari debet inter vivos, an causa mortis.* J. Communis i. regula

8 & conclusio est: quod si in donatione fiat mentio mortis, presumatur donatio causa mortis, alias fecus, leg. Seia, 42. in fine, ff. de mort. caus. donat. Et ita, ultra Clarum, & Giacharum hic in suis additionibus, & ab iis citatos, sentent Antonius Gomefus lib. 2. varijs. resolut. jur. circ. cap. 4. nu. 13. Didacus Covaruv. in rubric. tit. de testam. part. 3. nu. 25. Vetus lib. 1. recept. sentent. verb. donatio. Menoch. lib. 3. presumpt. cap. 35. Michael Graffus lib. 1. recept. sentent. S. Donatio causa mortis, quies. 1. nu. 2. D. Bocer. in Commentarij de donat. cap. 5. nu. 12. Petrus Nicol. Mozz. in tradit. de contractibus, titul. de donat. rubr. diversi donationis resolut. num. 19. Et seq. Pruckman. conf. 18. nu. 48. volum. 2. Domin. Cardinal. Tucus tom. 2. præl. conclusion. littera D. concil. 655. Et seq. Tha. de Piso lib. 4. varijs. resolut. cap. 1. num. 3. & 18. Et si licet non sit nominatum mortis mentio: si tamen verba donationis eam vim obtineant, ut videatur donans mortis causa donare, est ejusmodi donatio: ut si dicat donator, se bona sua donare uxori, si eam sibi supererit fore contingeret, notante Jacobo Thoming. decr. 20. num. 8. Et si quoque mortis causa donatio, si quis dicat: Quia bona repertur mea tempore mortis mea, donec filius meis: quia mecum modum scribit D. Bocer. d. c. 5. nu. 15. Allegans Vincentium Carrucum decr. 12.

(b) *Mentio mortis.* J. Et tunc presumitur donatio causa mortis, alias fecus, non Hipp. Rimini. in princ. de don. Infr. ex illo text. nu. 315. ubi retulit edictum adnotatissime gloss. Bart. Ang. Cuman. Imol. ac ceteros Doctor. in leg. Seia, §. fin. ff. ed. Et hoc dicit esse communem post Jalon in leg. que donis, nu. 16. ff. solut. mar. quam plures recentes concordantes, qui deinde ad istam communem annexit 10. limitationes, atque difficultas illas: idem vide ibi per eundem. Edictum etiam per Dugen. reg. 218. Crav. conf. 214. num. 10. Roland. conf. 8. Fallit si praecepsentur merita, per Tirau. in leg. si anguis, ff. de revoc. don. fol. 152. Item fallit, quando judicando causa mortis non valeat don. per Cravet. conf. 277. column. fin. Gracch.

(c) *Inter vivos.* J. Addit. quod ita conclusio recipiat aliquas limitationes: quarum sex vide per Hipp. Rimini. in princ. Infr. eo. tit. n. 328. usque ad nu. 375. & add. quod dixit Alexand. in conf. 24. vol. 4. quod dicitur donatio inter vivos: licet fiat mentio mortis per modum demonstrationis, vel si sit pactum de non petendo, si sit facta pro se & heredibus. Item donatio quando dicatur inter vivos, & quando causa mortis: vide per Roland. conf. 61. vol. 2. ac per Dec. in conf. 460. Et quando dicatur inter vivos, mentione mortis hand attenta, vide per Regin. conf. 426. Gracch.

(d) *Sed quid si facta sit ab infirmo?* J. Quod fit mortis causa donatio nunquam intelligatur, nisi mortis mentio facta sit, quamvis donator sit in extremis vita constitutus, ultra Clarum nostrum, & per eum citatos, tenet Franc. Mantica lib. 1. de conject. alta volunt. tit. 13. n. 7. Graff. d. 6. donatio causa mortis, quies. 1. nu. 13. Thadensis Piso d. lib. 4. varijs. resolut. cap. 1. nu. 19. aliquid ab his laudat. Harp.

(e) *Mentio mortis.* J. Addit. hic, quod in dubio debet

interpretari, prout melius valere potest, ut per Crav. conf. 52. nu. 4. & limitationes quam plures dixi in res-

contra. Gracch.

(f) Non

Lib. IV. §. Donatio, Quæst. V.

139

(g) *Non revocare.* J. Amplia, ac limita, ut per Du-en. reg. 217. Verum si sit facta cum pacto, quod non retrahatur, nec revocata intelligatur, nisi donatario pre-mortiente: An tale pactum faciat ipsum transire in donationem inter vivos? vide Catrensi. conf. 83. num. 2. quid de donatione facta ab existente in articulo mortis? quod valeat in vim donationis causa mortis licet non sit mentio de morte: vide per Soc. confil. 1:6. numer. 7. Quid si sit ab infirmo? quod sic, vide per Catrensi. confil. 384. Sed contra per Crav. confil. 277. col. fin. Gracch.

Et in donatione ipsa promittat illum non revocare. J.

4 Quod fit donatio sub commemoratione mortis facta, cum

clausa non de revocando, afflum natum donationis

simplicis, five inter vivos, præter Clarum hic notum,

fradunt Bartol. Catrensi. Angel. & ceteri in lego

ubi ita donatur, 27. ff. de mort. caus. donation. Bald.

